

Tunc, cantoribus psallentibus psalmum *Conserva me*, canonici et omnes alii Pontifici reverentiam praestant, quibus ipse dat pacis osculum. Sese postea invicem osculantur, dum canitur psalmus: *Ecce quam bonum.*

Trina benedictione et indulgentiarum concessionem dimittitur clerus, et processionaliter ad episcopales aedes redit.

---

RELATIO JUDICUM QUERELARUM ET EXCUSATIONUM.

---

Illme. ac Revme. Dne.

Infrascripti *Judices excusationum et querelarum* ab Amplitudine Tua constituti, praesentem relationem humiliter tradimus de illis qui vocati ad Synodum absunt.

Inter quatuor absentes quique sufficientem excusationem porrigit:

RR. canonicus Winter cum licentia A. T. verbum Dei annuntiat in certis partibus Statuum Foederatorum et cum zelo adlaborat pro colligendis pecuniis in favorem Seminarii.

RR. canonicus Auger apud parochiam Stae. Annae remansit mandato A. T. durantibus spiritualibus exercitiis, ne parochiae archipresbyteratus sui longiore tempore renanerent orbatae auxilio.

R. archipresbyter Normandin in parochia *N. D. du lac* aequae praeponitur spirituali custodiae sui archipresbyteratus.